torio: cum peccare nō possint. Postea inclinatus dicit. Domine iesu xpe fili dei vivi q̄ ex voluntate patris. ⁊ alias oationes a sanctis patrib⁹ institutas vt in missali continētur. Deinde meditari debet in incarnatione: in passione ⁊ virtute huius sacramenti dicens. Panem celestem accipiam. Et postea dicit ter. Domine nō sum dignus vt intres. Quibus dictis erigit se ⁊ accipit cōmunione⁊. Et si alique reliquie remanēt in digitis de corpore christi reponit eas in calice. Et postea accipit calicem cum sanguine dicens. Quid retribuam domino. Quibus dictis signans se cum calice: dicit hanc oationem. Sanguis domini nostri iesu christi. ⁊ic recipit sanguinem. In quibusdam tamen ecclesijs aliter in hoc passu seruatur. Nam finita oatiōe. Libera nos. Sacerdos discooperiēs calicem frangēdo hostiam per medium: ⁊ ponēs illam partem que est in sinistra manu in patena: illā vero que est in dextera manu frangit per medium. Et particula que remanet in sinistra manu post fractionem coniungit parti que est in patena. Alteram vero que remanet in dextera erectus sacerdos tenet super calicem: ⁊ parum eleuato calice dicit. Per omnia secula seculorum. Iterum deposito calice ter signat super sanguinem cum particula quā tenet in dextera manu dicens. Pax domini. Quo dicto mittit partem illam in sanguine dicēs. Fiat commixtio. Deinde cooperto calice dicit. Agnus dei. ter. Et parum inclinatus manibus dimissis super altare. Postea inclinat⁹ ante altare dicit oationem. Domine iesu christe qui dixisti. Quā finita erigit se ⁊ osculatur altare: dans pacem ministro ⁊ dicens. Pax tecum. Et respondetur vt supra. Et iterū inclinans se ante altare ⁊ dicit. Domine iesu christe fili dei vivi. Quibus peractis signat se cum patena in qua iacet corpus domini. Et abrad⁊ patena: non cum manu: sed cum lingua sumit corpus domini dicēdo. Panem celestē. Et discooperiens calicem si alique reliquie corporis remanent in patena cum digito reponit eas in calice. Depositaq⁊ patena: cum reuerentia accipit calicem dicens. Quid retribuam domino pro omnib⁹. vt supra. Et istam consuetudinem ecclesia romana obseruat. De quibus omnibus supradictis in rationali plenius continetur. Sed nos primaz consuetudinē obseruamus. Perceptione autem facta vadit ad cornu altaris dextruz: ⁊ accipiens purificationem calicis dicit. Quod

⁊ dicat totū psal. Quo finito dicat ℣. Dñe exaū. ℟. Et cla. Orem⁹. Oro

OEus q̄ tribus pueris mitigasti flāmas ignīū: ⁊ce de ppiti⁹ vt nos famulos tuos: non exurat flāma vitioꝝ. Per eundē dñz. no. ie. xpz fi. tu. Qui tecū vi. ⁊ reg. i vni. spi. sci de⁹: p oia scla sae. Amē. In festo natiuitatis dñi ⁊ per eius oct. ⁊ in festo purificatiōis beate marie. loco Ite missa est. dicitur sequens De rubz patris. q̄ dicat missa de festis q̄ infra octa. celebrantur.

Archivo ASR Simón Ruiz





sine responsione Amē. Postea dicit sacerdos. Per quē hec omnia. quia istud pendet sine precedentibus. Dicto autē. Et presta nobis. Discooperit calicem ⁊ accipiēs corpus dominicum: signat ter cum ipō calicem a labio in labium dicēs. Per ipm. et tunc facit crucem super os calicis cum corpore xpi superius. ⁊ secunda cruce fit cum dicit. Et cū ipo. ⁊ fit parū inferius. Tertia fit quando dicitur. Et in ipo. Et fit intra os calicis recta linea medium concauitatis eius. Quinta fit cum dicit. Deo patri. fit a medio oris calicis recta linea contra faciem sacerdotis. Quintaq; fit quando dicitur. In vnitate spiritus sancti. ⁊ fit a latere calicis inter ipm calicem ⁊ sacerdotem: videlicet descendendo a summitate calicis contra pedem. Duo finito deponit corpus xpi super altare ⁊ cooperit calicem cum corporali. Et dicit. Per omnia secula seculorū. Respondet Amen. Et dicat sacerdos. Oremus precep tis salutaribus moniti. Cum autem venerit ad Pater noster. eleuat manus vsq; ad humeros sicut prius: vsq; ad. Da propitio pacem. vbi accipiens patenā signat se simpliciter cum ea: submittens eā hostie. Et discooperiens calicem frāgit hostiam per medium ⁊ dicit. Per eundem dominum nostrum iesum xp̄m filium tuum. ⁊ tenens medietatem partem hostie cum sinistra manu. Aliam medietatem frangit dicens. Qui tecum. ⁊ unā particulam iungit parti que est in sinistra manu: alteram vero que remanet in dextera erectus sacerdos tenet super calicem. ⁊ partum eleuato calice dicit. Per omnia secula seculorum. Et iterum deposito calice: ter signat super sanguinem cū particula quam tenet in manu dextera dicens. Pax domini sit semper vobiscum. Respondetur. Et cum spiritu tuo. Quo facto dicit. Agnus dei. ter. Et paruz inclinatus mittit partem illam in sanguine dicens. Hec sacrosancta cōmixtio. Et tenens cum xpi in manu dextera super calicem: cum sinistra sustentat calicem. Postea ma. natus dicit. Domine iesu xpe q̄ dixisti apostolis tuis. Qua finita dicit. Domine iesu xpe qui es vera pax ⁊ vera concordia. Et cum dixerit. fac me pacificare in hac sancta hora. Erigit se ⁊ osculatur corpus xpi quod tenet in manu dextera. Et dās pacem ministro dicit. Pax tecum ℟. Et cum spiritu tuo. Vel dicit. Pax xpi ⁊ ecclesie. In multa tamen defunctorum sacerdos nec sumit nec dat osculum pacis. quia defuncti sunt absq; perturbatione pacis. illi scilicet qui sunt in purga

Archivo ASR Simón Ruiz